

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Daniel Nettelbladt

**D. Dan. Nettelbladt Pot. Bor. Regi A Consil. Avl. Et Prof. Ivr. Ord. In Regia
Fridericiana Praecognita Ivrisprudentiae Positivae Generalia**


Halae Magdeburgicae: In Officina Libraria Rengeriana, MDCCLIX.

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1782407855>

Druck Freier  Zugang



K.K.-2(166.)



D. DAN. NETTELBLADT
POT. BOR. REGI A CONSIL. AVL. ET PROF.
IVR. ORD. IN REGIA. FRIDERI-
CIANA

18


PRAECOGNITA
IVRISPRVDENTIAE
POSITIVAE
GENERALIA.



HALAE MAGDEBURGICAE

IN OFFICINA LIBRARIA RENGERIANA.

M DCC LIX.





LECTORI BENEVOLO S.



*on me fugit extare insignem scri-
ptorum, quae praecognoscenda
quoad iuris studium tractant, co-
piam, quorum nonnulla in ipso hoc libello laudavi.
Haec itaque dubiis et potuissent reprimere meum
conatum, simile quid tentandi, nisi, si quid video,
in his partim negligantur quae negligenda non sunt,
partim ea continerent talia, quae ad praecognita
iurisprudentiae positivae referri nequeunt. Prae-
sertim non satis accurate separari solent, quae per-
tinent ad specialia huius vel illius partis iurispruden-*

P R A E F A T I O.

tiæ positivæ praecognita, ab iis, quæ in generalibus eius praecognitis tradenda sunt. Quæ quum ita sint, periculum feci ubique generalia a specialibus separandi; doctrinas quæ ad praecognita referri nequeunt, ab iis, quæ eo referri possunt, sollicite distinguendi, et quæ buc pertinent ita tradendi, ut haec praecognita, quæ, in respectu ad generalia eruditioñis universæ praecognita, specialia praecognita sunt, ubique praecognitis generalibus, a me ante quadriennium editis, respondeant. Inde enatus est hic libellus, qui nec plures, nec pauciores continet doctrinas, quam eas, quas sub praecognitorum iuris prudentiae positivæ generalium genuina notione comprehendere licet. An crambem bis coctam apposuerim et invtilia tractaverim, an vero obveniant hinc inde ab aliis nondum dicta, et iis, qui felices in studio iuris facere volunt progressus, utilia, sit penes

T E L. B. iudicium. Dabam Halaen in ipsis nun-
dinis vernalibus Lipsiensibus

M D C C L I X.



P R A E-



PRAECOGNITA
IVRISPRUDENTIAE POSITIVAE
GENERALIA.

Ioan. KLEINSCHMIDT *praecognitorum iurisprudentiae tractatus sex.* Herb. 1652. 8vo.

Vlrici MARBACH *introitus ad iurisprudentiam apertus.* Ienae 1717. 8vo.

Io. Ad. L. B. ab ICKSTATT *meditationes praeliminares de studio iuris ordine atque methodo scientifica instituendo.* Wirc. 1731. 4. et in Opp. T. I. num. 1.

Ioan. Christ. BUCKY *Prolegomena iurisprudentiae civilis privatae.* Lips. 1731. 8vo.

Io. Jacob MOSERS *Anleitung zu dem studio iuris junger Standes- und anderer Personen.* Franckf. und Leipz. 1736. Ien. 1743. 8vo.

Phil. BECKERS *Vorbereitung zur Rechtsgelehrtheit.* Rint. 1745. 8vo.

Henr. Christ. Baronis de SENCKENBERG *methodus iurisprudentiae ex propriis et peregrinis iuribus germanicis.*

6 PRAECOGNITA IVRISPRUDENTIAE

maniae receptae aliquibus monumentis anecdotis illustrata. Franc. 1756. 4.

Io. Steph. RÜTTERS *Entwurf einer iuristischen Encyclopedie*. Gött. 1757. 8vo.



§. 1.

S i in qua alia disciplina opus est ea, quae ad introductionem in eam pertinent, praemitti ipsi eius tractationi: quoad iurisprudentiam positivam hoc fieri eo magis necesse est, quo plura sunt, quae nec alia occasione, nec in ipsis eius partibus, commode tradi possunt, ignorare tamen nequit, qui iuris studium illotis, ut aiunt, manibus adgredi non vult. Haec sunt, si quid video: 1) praecognita iurisprudentiae positivae generalia; 2) historia litteraria iuridica; 3) historia iuris et 4) iurisprudentia positiva generalis, eaque ideo sub introductionis in iurisprudentiam positivam nomine comprehendo.

§. 2.

Harum perfectae introductionis in iurisprudentiam positivam partium, primam partem, nimurum praecognita iurisprudentiae positivae generalia, reliquis omnino praemittendam, hic tradere decrevi. Opponuntur vero praecognita iurisprudentiae positivae generalia, praecognitis singularum partium iuris-

iurisprudentiae positivae specialibus, quum, licet praecognita iurisprudentiae positivae, tanquam partis eruditionis vniuersae praecognita, sint praecognita specilia in respectu ad praecognita vniuersae eruditionis generalia (§. 2. Praec. nostr. erudit. gener.), nihil obstet tamen, quo minus praecognita iurisprudentiae positivae in *generalia* et *specialia* iterum dividi possint. Sunt enim *praecognita iurisprudentiae positivae*, eas ad iurisprudentiam positivam pertinentes veritates, quae cognitae esse debent, antequam iurisprudentiae positivae partes addisci possunt, et, prout hae veritates, vel tales sunt quoad omnes iurisprudentiae positivae partes, vel non nisi quoad hanc vel illam eius partem, in *generalia* et *specialia* abeunt. *Specialia praecognita* differunt iterum pro partium iurisprudentiae diversitate, suntque e. g. *praecognitae iuris publici, iuris ecclesiastici &c.*

§. 3.

Praecognita iurisprudentiae positivae generalia, quum specialium praecognitorum respectu praecognitorum totius eruditionis species sint, reduci possunt ad haec summa capita: de 1) *natura et indole iurisprudentiae positivae*; 2) *partibus eius*; 3) *methodo docendi et discendi eam* (§. 5. Praec. erud. gener.). Sigillatim itaque nunc de singulis his capitibus agendum.

A 4

SE.

SECTIO I.

DE IVRISPRUDENTIAE POSITIVAE NATVRA ET INDOLE.

§. 4.

Vt constet de iurisprudentiae positivae natura et indole 1) praemissis quibusdam scitu necessariis de veritatibus quae eam constituant, 2) ipsa iurisprudentiae positivae genuina notio evolvenda, et 3) de *Iurisconsultis* quaedam addenda sunt.

TIT. I.

DE VERITATIBVS IVRISPRUDENTIAM POSITIVAM CONSTITVENTIBVS SEV IVRIDICIS VERITATIBVS.

§. 5.

Veritates iuridicae sunt logicae veritates de iuribus et obligationibus per voluntatem entis rationalis constitutis, indeque ad classem universalium et positivarum veritatum referri debent (§. 10 et 12. Praec. erud. gener.).

§. 6.

Veritates iuridicae non solum generales veritatum logicarum divisiones in *pragmaticas* et *non pragmaticas*

pragmaticas (§. 15. l.c.); in formam artis redactas et nondum redactas (§. 17. l. c.), admittunt: sed et speciatim, vel mere positivae, vel simul naturales sive mixtae sunt; prout iura et obligationes quas concernunt, vel tantum in voluntate entis rationalis, et non simul in rerum natura et essentia, rationem sufficientem habent, vel in utroque simul.

DE GENERALIBUS ET SPECIATIMIS
§. 7.

Veritates iuridicae, prout in genere veritates, rationibus suis non destituuntur, quae non solum, prout in genere veritatum positivarum rationes, 1) vel necessariae, vel arbitrariae (§. 13 et 14 Praec. erud. gener.); sed et speciatim 2) vel legales, vel non, sunt, prout vel in legibus ipsis expressae sunt, vel non. Interim tamen rationes veritatum iuridicarum non semper patent, quorsum tendit dictum IULIANE in l. 20 ff. de LL: *non omnium quae a maioribus constituta sunt ratio reddi potest.*

Io. Iac. HELFFERICH de vero l. 20. ff. de LL. *non omnium quae a maioribus constituta sunt ratio reddi potest, sensu.* Tub. 1746.

§. 8.

Quod attinet iuridicarum veritatum cognitio-
nis fontes, media et species: fons earum unicus est
voluntas entis rationalis, sive legislatoris in republica,
sive aequalium inter se, ex revelatione eam continentem

10 PRAECOGNITA IVRISPRUDENTIAE

haurienda; media eas cognoscendi sunt sanae rationis et organorum sensoriorum usus, quatenus ita adhibentur, ut voluntas constituentis patet; cognitio earum est vel historica, vel philosophica, prout vel eas nude cognitas habemus, vel una cum earum rationibus. Per §. 23 seqq. praec. erud. gener.

TIT. II.

DE GENVINA IVRISPRUDENTIAE
POSITIVAE NOTIONE.

§. 9.

Vt haec doctrina de genuina iurisprudentiae positivae notione distincte tradi possit, distinguendum est inter iurisprudentiae conceptum quem sibi formarunt veteres ICti romani, et genuinam eius, ex mente nostratum, notionem.

§. 10.

Veteres ICtos romanos inter et philosophos tanta erat aemulatio, ut illi sibi tribuerent omnia, quibus hi sibi placebant. Hinc philosophiae definitionem, quod sit rerum divinarum et humanarum notitia, quam veteres Philosophi amabant, ICti iurisprudentiam definiti suam faciebant, indeque orta est iurisprudentiae definitio in l. 10 §. 2. ff. de I. et I. obvia, et §. 1. I. de I. et I. repetita, quod sit rerum divinarum et humanarum notitia, iusti atque iniusti scientia. ICti romani itaque, iurisprudentiam na-

turalem et positivam a se invicem non separantes, talem iurisprudentiae conceptum sibi formabant qui generalis est, et eam philosophiam, secundum veterum conceptum, iurisprudentiam dicebant, quae a reliqua philosophia in eo se distinguit, quod sit iusti et iniusti scientia, hancque veram, reliquam simulatam, philosophiam esse, gloriabantur. Nec dici potest hunc conceptum pro statu eruditionis, qui tunc temporis apud Romanos erat, esse absurdum.

Dominici Bricheri COLUMBI Diff. de iustitia et iure seu scrutinium Vlpiani ICTi non vapulantis in definitiōnibus iustitiae et iurisprudentiae. Lips. 1739.

Io. HVNOLD Pr. de definitione Vlpianeā iurisprudentiae in l. 10 §. 2 de I. et I. et §. 2 I. eod. obvia. Col. Brand. 1688.

Io. Gottl. HEINECCI Praef. de iurisprudentia diuinarum humanarumque rerum notitia, praemissa fasciculo scriptorum de iure nautico et maritimo. Halae. 1740.

§. II.

Ast nos, qui diversas eruditionis partes a invicem accurate discernimus pro seculi in quo vivimus felicitate, praesertim philosophiam et iurisprudentiam tanquam plane diversas eruditionis partes a se invicem distinguimus, nec philosophis invidemus suam felicitatem: longe aliter rationes nostras subducere debemus in eruenda genuina iuris-

12 PRAECOGNITA IURISPRUDENTIAE

risprudentiae tam in genere, quam in specie positivae, notione. Sumitur vero iurisprudentia vel *objektive* seu *systematice*, vel *subjective* seu *habitualiter*, in eo sensu, quo eruditio in genere hunc duplicum admittit significatum (§. 31 *Praec. erud. univ.*) In utroque significatu itaque definienda *iurisprudentia in genere*, quae in *priori significatu* est pars eruditionis dogmaticae, quae continet veritates de iuribus et obligationibus: in *posteriori* vero veritatum de iuribus et obligationibus in formam artis redactarum notitia, seu, quod idem est, scientia iuriuum et obligationum.

§. 12.

In hoc generali sensu iurisprudentia tam naturalem quam positivam iurisprudentiam sub se comprehendit. Mitto naturalem, alibi (§. 5 *P.I. Syst. iur. nat.*) definitam, et hic tantum de positiva loquor. Haec itaque *systematice* seu *objektive* sumta restringitur ad veritates de iuribus et obligationibus per voluntatem entis rationalis constitutis, sive positivas (§. 12 *Praec. erud. gen.*), huius generis veritates, estque pars eruditionis positivae, quae continet veritates de iuribus et obligationibus. Quum vero non nisi veritates in formam artis redactae ad eruditionem referri possint (§. 33 *Praec. erud. gener.*), et, quoad veritates positivas de iuribus et obligationibus, in hanc formam non nisi veritates de iuribus et obligationibus per legislatio-

rum voluntatem quoad subditos inter se, et per voluntatem aequalium quoad eos inter se, nimirum per 1) observantiam et pacta gentium inter gentes, et 2) per leges fundamentales positivas inter subditos et superiorem (§. 178 P. III Syst. iur. nat.) constitutis, redactae sint: *hae sunt, quas ambitu suo continet iurisprudentia positiva, veritates.* Quodsi vero *subiective* seu *habitualiter* sumitur iurisprudentia positiva, ea est veritatum positivarum de iuribus et obligationibus in formam artis redactarum notitia, seu scientia iurium et obligationum positivarum.

§. 13.

Iurisprudentia positiva referri debet ad eas disciplinas quae practicae, in oppositione ad theoreticas, appellari solent, sive ars dici potest in eo sensu, in quo omnes partes practicae eruditionis artes dici solent, et controversia, an sit ars vel scientia, quae reddit ad logomachiam, ita componi, quod in dicto sensu omnino ars sit, ast in nullo alio. Illustrationis gratia vid. §. 35 seqq. praec. erud. gener. Quod vero sit practica disciplina inde patet, quoniam per veritates quas iurisprudentia continet aliquid produci potest, nimirum constare in casu dato de iuribus et obligationibus cuiusque.

§. 14.

Hinc patet 1) quo sensu accipiendum si veteres dixerunt: *ius est ars aequi et boni*, secundum VL-

14 PRAECOGNITA IURISPRUDENTIAE

PIANVM l. i pr. ff. de I. et I. ibi: nam ut eleganter
Celsus definit, ius est ars aequi et boni; et cur 2) no-
strates iurisprudentiam vulgo definere soleant per
habitum practicum leges interpretandi et ad casus ob-
venientes applicandi.

§. 15.

Licet vero iurisprudentia sit disciplina practica,
non tamen ipsa praxis iuridica est. Contradistin-
guitur potius praxis iuridica theoriae iurispruden-
tiae, ita, ut *theoria iurisprudentiae* denotet veritates
iuridicas in formam artis redactas in se considera-
tas: *praxis iuridica* vero sit applicatio harum ve-
ritatum ad casus obvenientes, siveque *per praxin*
producatur, quod per iurisprudentiam, tanquam practi-
cum disciplinam, produci potest. At et in alio
sensu theoriae iurisprudentiae opponi solet praxis,
in quo *theoria iuris* dicitur doctrina, per quam veri-
tates iuridicae ex fontibus suis distinde proponun-
tur: *praxis iuris* vero complexus veritatum iuri-
dicarum, quarum applicatio in foro fit. Vnde patet
non quidem in priori significatu, in posteriori signifi-
catu vero omnino, dari theoriae et praeceos confitum,
id est, saepe quae docentur in cathedra, vel in scriptis
proponuntur, licet vera sint, non applicantur in foro,
siveque multa, ut aiunt, theoretice quidem vera sunt,
at non practice, seu in praxi contrarium observatur.

Io.

Io. Tob. CARRACH *de conflictu theoriae et praeceor iuris.* Halae 1736.

Christ. Io. Conr. ENGELBRECHT *examen distinctio- nis vulgaris inter theoriā seu punctū iuris et ho- diernā praxin.* Helmst. 1717.

Mart. Gottl. PAVLI *de theoriae et praxis iuridicae di- scordia.* Lips. 1747.

§. 16.

Jurisprudentia positiva praesupponit homines in republica viventes et leges iam latas, circa quas, non vero leges ferendas, versatur. Prius facile inde deduci potest, quod veritates iurisprudentiam positivam constituentes (§. 12) concipi nequeant nisi homines in republica viventes praesupponantur. Posterius ipsa definitionis verba probant.

§. 17.

Hinc facile patet quid sentiendum sit de divisione iurisprudentiae in *legislatoriam, iudicariam, et consultatoriam,* quarum istam versari circa leges ferendas, illam et hanc circa leges latas, vel quid iustum sit definiendo, vel quid prudentia suadeat suggerendo, aiunt. *Sive vero adsumas iurisprudentiae notionem §. 12, sive §. 14 obviam, nunquam ex ea deduci potest haec divisio, sed potius ei contraria est,* quam iurisprudentia praesupponat leges iam latas, et ex iis deducat veritates de iuribus et obligationibus in iis contentas. (§. *praeceps.*)

§. 18

§. 18.

Et hoc addendum differre iurisprudentiam a complexu legum seu corpore iuris, quum in eo iurisprudentia quidem materialiter, non vero formaliter, contineatur; sique ex complexu legum iurisprudentia oriatur, si veritates in iis contentae in formam artis rediguntur. (§. 12)

§. 19.

Quae de fine iurisprudentiae vulgo occasione Tit. I. et D. de *Iust. et Iure* tradi solent, ad inutiles doctrinas merito referri debent. Sufficit scire 1) verum iurisprudentiae positivae finem esse, ut in quolibet casu dato definiri possit quid iustum sit ex voluntate, vel legislatoris, vel alius qui per validam dispositionem constituit iura et obligationes, veluti testatoris, pacientium: 2) veteres *ICTos Romanos* vero, ex aemulatione cum philosophis, finem artis suae in iustitia, quam *VLPIANVS* in l. 10 ff. de I. et I. definit, quod sit constans et perpetua voluntas ius suum cuique tribuendi, quaeque definitio §. 1 I. eod. repetita est, collocasse, et prima philosophiae practicae fulcimenta: honeste vive, neminem laede, suum cuique tribue, tanquam prima iuris praecepta inculcasse. Hinc *VLPIANVS* l. 1 ff. de I. et I. ait: *Iuri operam datus prius nosse oportet unde nomen iuris descendat. Est autem a iustitia appellatum: nam ut eleganter Celsus definit ius est ars boni et aequi* §. 1. Cuius

Cuius merito quis nos sacerdotes appelleat. *Iustitiam*
namque colimus: et boni et aequi notitiam profitemur;
aequum ab iniquo separantes: licitum ab illicito discer-
nentes; bonos nonsolum metu poenarum, verum etiam
praemiorum quoque exhortatione efficere cupientes: ve-
ram nisi fallor philosophiam, non simulatam affectantes.

Georg. Christ. GEBÄVER *de iustitia et iure.* Goett.
 1738.

Franc. Car. CONRADI *de iustitia interna a fine iuris-*
prudentiae non separanda. Helmst. 1744.

T I T. III.

DE IVRISCONSULTIS EORVMQVE
SPECIEBVS.

Io. Guil. ENGELBRECHT Or. *de vasto iurispruden-*
tiae ambitu et nomine ICto. Helmst. 1711.

Henr. Adolph. Com. de GYLLENBORG *de ICto.* Lund.
 Goth. 1732.

Iul. Car. WIESENHAVER *de ICto.* Hild. 1743.

§. 20.

Quum iurisprudentia positiva sit eruditionis pars,
 qui eam callent in eruditorum numero sunt, et vulgo
 generali nomine *Iurisconsulti*, *Iurisperiti*, seu *Iu-*
risperentes dicuntur; licet, si barbare loqui lice-
 ret, praestaret eos *Iuristas* appellari, et sint qui in-
 ter iurisperitos et iurisprudentes distinguunt.

§. 21.

Quum iurisprudentia positiva contineat veritates iuridicas, quarum fons est voluntas eius per quem constituantur, media cognoscendi vero sunt usus sanae rationis et organorum sensorum, quatenus ita adhibentur ut haec voluntas patet (§. 8), quorum facit interpretatio legum, patet, veri nominis *ICtum* habitu practico leges interpretandi pollere debere. Sed et habitu leges ad facta applicandi pollere debet ideo, quoniam iurisprudentiae finis est, ut, quid in quolibet dato casu iustum sit, definiri possit (§. 19). Perfecti *ICti* virtutes itaque sunt *habitus practicus leges*. 1) interpretandi et 2) eas ad facta applicandi.

§. 22.

Pseudo-ICti sunt qui utroque illo habitu practico, qui ad perfectum *ICtum* requiritur (§. praec.), non pollent. Ut itaque *Pseudo-ICti* sunt *leguleii*, qui verbis legum, non attenta mente legislatoris, pertinaciter inhaerent, et *rabulae*, qui leges, quarum superficiariam tantum habet cognitionem, applicare tamen conantur.

Ernst. Frid. MANTZEL Pr. de *Pseudo-ICtis*, von iurisprudischen Boenhausen. Rost. 1728.

§. 23.

Quod attinet *ICtorum species*, dantur species quaedam quas a se invicem distingui non nisi in

bio-

biographia iuridica usum praefat, quae itaque in
hac parte historiae litterariae iuridicae evolvendae
sunt. Quoad reliquas species quae huc referri
possunt, nonsolum generales eruditorum divisio-
nes in *empiricos et rationales* (§. 44 et 45 Praec. erud.
gener.); *theoreticos et praticos*, qui vel docent, vel *iudicant*,
vel *patrocinantur* (§. 46 et 47 l. c.); *sectatores et*
eclecticos (§. 48 seqq. l. c.); *primi ordinis seu inventores*
et *secundi ordinis* (§. 53. 54 l. c.), et quoad ICtos locum
habent: sed et tales dantur, quae ICtis propriae
sunt.

Io. Vlr. L. B. de C R A M E R Or. de ICto inventore. Marb.
1733. et Opusc. T. III. num 13.

Io. Iac. M O S E R S Praef. von brauchbaren Rechtsgelahr-
ten, quae E I V S Lexico ICtorum praemissa.

§. 24.

Huc pertinet non solum 1) ICtorum divisio quae
inde oritur, quod vel in hac, vel in illa parte iuris-
prudentiae excellat hic, vel ille; vnde dicuntur alii
Civilistae, alii Canonistae, alii Feudistae, alii Crimi-
nalistae &c.: sed et 2) non tam Civilistarum subdivi-
sio, quam potius generalis divisio ICtorum est,
quod alii sint Humanistae seu ICti elegantiores, alii
Realistae, prout in cultura iurisprudentiae subsidiis
historicis et philologicis, seu, vt aiunt, litteris hu-
manioribus, vtuntur, vel non. Licet saepe ob-
abusum subsidiorum historicorum et philologico-

20 PRAECOGNITA IURISPRUDENTIAE
rum elegantiores ICti, elegantiae nimium intenti,
degenerent in ICtos non pragmaticos.

§. 25.

Non quilibet qui legum cognitione iusticatus est, ICtus est, sed distinguendum inter cognitionem legum vulgarem et eruditam. Vulgarem legum cognitionem quilibet subditus habere debet, quanta ad obsequium praestandum necessaria, erudita vero ICtis propria est (§. 20). *Quum vero haec suos habeat gradus, et cognitione erudita, quae philosophica est, praestet ea quae vulgaris est: ICtus qui habet cognitionem philosophicam veritatum iuridicarum, sive rationalis ICtus est* (§. 23), *praferendus ei qui non nisi historiam veritatum iuridicarum cognitionem habet, sive rationales ICtus empiricus est* (§. cit.). *Inter ICtos rationales vero is, qui novas veritates iuridicas inveniendi habitu praeditus est, sive ICtus primi ordinis est, antecellit eum qui hoc habitu non instruetus est, sive non nisi secundi ordinis ICtus est* (§. cit.).

Io. Frid. FREIESLEBEN de indeole, mediis et usu cognitionis iurisprudentiae civilis vulgaris atque eruditae. Lips. 1721.

§. 26.

Philosophari in iure dicitur, qui inquirit in rationes veritatum iuridicarum. Ut itaque 1) qui philosophatur in iure neutiquam ex sanae rationis principiis deducat veritates iuridicas, sed potius nihilominus ex

ex suis fontibus (§. 8) *eas deducere debeat, et eos,*
qui non ex suis fontibus, sed ex sana ratione, de-
ducunt veritates iuridicas, philosophia in iurispruden-
tia positiva abuti potius dicendum sit, quam quod eos
philosophari in iure dici possit; 2) *Quilibet ICtus*
philosophari debeat in iure, nisi velit infimae ICtorum
clasti adscribi (§. praec.).

SECTIO II. DE PARTIBVS IVRISPRVDEN- TIAE POSITIVAE.

§. 27.

Variae dantur disciplinae iuridicae seu partes iu-
risprudentiae positivae, licet in eo non omni-
no inter se convenient Iurisconsulti, quomodo eae
sint constituendae. Romanis ius erat vel *publicum*,
vel *privatum*. Hinc **VLPIANVS** l. 1 §. 2 ff. de I. et
I. ait: *huius studii duae sunt positiones: publicum et pri-*
vatum. Publicum ius est, quod ad statum rei Romanae
speciat. Privatum quod ad singulorum utilitatem: sunt
enim quaedam publice utilia, quaedam privatum,
quod iisdem verbis repetit IMPERATOR §. 4. I. eod.
Sed quid haec ad nos, qui non Iure Romano solum,
sed et aliis iuribus vtimur.

§. 28.

Vt itaque ab ovo, vt aiunt, rem omnem re-
petamus, primo solliciti esse debemus, de partibus

B 3

iuris-

22 PRAECOGNITA IVRISPRUDENTIAE

iurisprudentiae positivae in genere, tumque secundo
in specie de *partibus iurisprudentiae positivae Germanorum* agendum.

TIT. I.

DE PARTIBVS IVRISPRUDENTIAE
POSITIVAE IN GENERE.

§. 29.

Si iurisprudentiam positivam in genere, abstrahendo nimirum ab hac vel illa republica, consideramus, ea ex tripli fundamento in partes dividi potest. Aliae nimirum oriuntur partes si pro *fontium*, ex quibus veritates iuridicae hauriendae, diversitate; aliae si pro *obiecti*, circa quod versantur, diversitate; aliae si pro *loci*, ubi valent, diversitate, constituantur.

§. 30.

Pro *fontium*, ex quibus veritates iuridicae hauriendae, diversitate, iurisprudentia vel *divina*, vel *humana* est, haecque vel *romana*, vel *germanica*, vel *gallica*, vel *danica* etc. prout vel Dei, vel hominis voluntas pro fonte assumitur, et hominis voluntas vel est eius qui *Romanos*, vel eius qui *Germanos* etc. legibus suis obligare potest.

§. 31.

Pro *obiecti* diversitate partes iurisprudentiae positivae convenient cum partibus iurisprudentiae na-

naturalis civilis §. 16 seqq. P. I. *Syst. iurisp. nat.* explicatis. Hinc secundum hoc dividendi fundamentum iurisprudentia positiva abit in *theoreticam* et *practicam*, illaque vel *privata*, vel *publica*, vel *gentium* est, quarum partium quaelibet vel *secularis*, vel *ecclesiastica*, et prior vel *allodialis*, vel *feudalis* est. Præctica iurisprudentia vero vel *extrajudicialis*, vel *iudicialis* est.

§. 32.

Licet vero et notae sint partes iurisprudentiae positivae, quae sub iurisprudentiae *criminalis*, *cambialis*, *militaris*, *metallica* etc. nomine veniunt, eaeque itidem ex diversitate obiecti, circa quod versantur veritates iuridicae, orientur: tamen, ne entia praeter necessitatem multiplicentur, *consultius* est *doctrinas*, quae in his partibus explicari solent, a reliquis non separari, sed potius quamlibet earum suo loco in partibus iurisprudentiae §. praec. recensitis tradi.

§. 33.

Tandem pro loci, vbi valent veritates de iuribus et obligationibus, diversitate, iurisprudentia tot admittit partes, quot sunt res publicae in quibus valent leges positivae tales, ut veritates de iuribus et obligationibus in iis contentis in formam artis redactae sint, vel redigi possint. Ex hoc fundamento itaque iurisprudentia positiva, vel *Germana-*

24 PRAECOGNITA IVRISPRUDENTIAE

norum, vel *Gallorum*, vel *Danorum* &c. iurisprudentia positiva est.

§. 34.

Licet fieri possit primam iurisprudentiae positivae divisionem (§. 30), cum hac tertia (§. 33) convenire, non semper tamen hae divisiones conveniunt. Est potius distinguendum inter tales respublicas in quibus non nisi leges domesticae valent, et tales in quibus et peregrinae leges vi receptionis valent: ita ut, *in priori casu* quidem hae divisiones convenient, *non vero in posteriori*. Tum enim iurisprudentiae positivae partes, quae ex tertio dividendi fundamento oriuntur, non tantum continent veritates de iuribus et obligationibus quae ex unico fonte, sed quae ex variis fontibus oriuntur simul.

TIT. II.

DE IVRISPRUDENTIA POSITIVA
GERMANORVM.

§. 35.

Quum ex tertio dividendi fundamento oriatur pars iurisprudentiae positivae quae iurisprudentia positiva Germanorum dicenda (§. 33), de ea, eiusque partibus, nunc speciatim agendum. Est vero *iurisprudentia positiva Germanorum* pars iurisprudentiae positivae, quae continent veritates de iuribus et obligationibus quae in Germania valent.

§. 36.

§. 36.

Differunt inter se iurisprudentia positiva germanica et iurisprudentia positiva Germanorum. In Germania enim valent variae leges peregrinae ex facta earum receptione. Ergo §. 34.

§. 37.

Iurisprudentia positiva Germanorum est vel communis, vel provincialis, vel localis: prout veritates de iuribus et obligationibus, vel iura et obligations quae in regula in Germania ubique valent, vel quae non nisi in certa provincia valent, vel quae non nisi in certo loco valent, concernunt. Ast, quum provincialis et localis iurisprudentia, sub studiis iuris patrii nomine, a quolibet, finitis studiis academicis, propria industria addiscenda, hic non nisi de partibus iurisprudentiae positivae Germanorum communis agendum.

Io. Sal. BRVNQVELL. Eroeffnete Gedanken von den deutschen Stadt- und Landrecht und dessen nothwendigen Excolirung. Ienae 1710. 8vo.

§. 38.

Possunt vero eius partes dupli modo consti-
tui, vel pro diversitate fontium (§. 30), vel pro di-
versitate obiecti veritatum iuridicarum (§. 31). Vn-
de, quae in utroque casu prodeant eius partes, nunc
definiendum.


B 5

§. 39.

§. 39.

Si itaque primum dividendi fundamentum adsumitur, iurisprudentiae positivae germanorum partes sunt, quas sequens schema sistit:


Iurisprudentia positiva Germanorum pro fontium diversitate est



§. 40.

Ast, si partes iurisprudentiae positivae Germanorum constituuntur secundum diversitatem obiecti vericatum iuridicarum, aliter sunt concipiendae, prout ex sequenti schemate patebit:

Iurisprudentia positiva Germanorum pro obiecti diversitate est



§. 41.

§. 41.

Varia ad illustrationem horum schematum facientia, hic quidem addi possent: ast, quum ea partim methodum docendi iurisprudentiam concernant, partim potius ad praecognita singularum iurisprudentiae positivae partium referri debeant, hic subsisto.

SECTIO III.

DE METHODO DOCENDI ET DISCENDI IURISPRUDENTIAM POSITIVAM.

§. 42.

Sunt alia quae de methodo iurisprudentiae in genere notanda, alia quae in specie vel methodum docendi, vel methodum discendi eam concernunt. Sigillatim itaque de 1) *methodo iurisprudentiae positivae in genere*, et in specie tam de 2) *docendi*, quam de 3) *discendi* eam methodo agendum.

T I T. I.

DE METHODO IURISPRUDENTIAE POSITIVAE IN GENERE.

Scriptores de methodo iurisprudentiae quos colligit et uno volumine sub *Cynofurac iuris* titulo edidit NICOLAVS REVSNERVS Spirae 1588. 8vo, quorum indicem exhibit STRVVIUS in *bibliotheca iuris selecta* Cap. 8 §. II.

B V-

BVDERIANA collectio scriptorum de methodo studii iuridici sub titulo: *de ratione et methodo studiorum iuris illustrium et praestantissimorum ICtorum selecta opuscula.* Ienae 1724 8vo, quos itidem STRVVVS l. c. recenset.

God. Guil. L. B. de LEIBNITZ *nova methodus discentiae docendaeque iuris prudentiae* 1668. 12. et Halae 1748. 8vo cum praefatione CHRISTIANI WOLFII. Conf. BVDERI *Sammlung ungedruckter Schriften* p. 718.

Unvorgreifliche Gedanken von dem heutigen Zustand der burgerlichen und natürlichen Rechtsgelahrtheit in Deutschland deren nöthigen Verbesserung und dazu dienlichen Mitteln &c. me auctore. Halle 1749 8vo.

§. 43.

Methodus iurisprudentiae positivae, quae est determinatus veritates iuridicas tractandi modus, consideranda est dupli modo, vel ratione coniunctionis et separationis veritatum iuridicarum diversi generis pro fontium earum diversitate, vel ratione veritates ipsas tractandi modi.

§. 44.

In priori consideratione methodus iurisprudentiae est vel pura, vel mixta seu methodus per differentias; prout veritates iuridicae vel in genere pro fontium, ex quibus hauriuntur, diversitate, sigillatim pertractantur, vel ita, ut non nisi in singulis doctrinis iurium diversitas, pro fontium diversitate, attendatur. Vnde, si prior methodus adhibenda, iuri-

risprudentiae partes secundum diversitatem fontium veritatum iuridicarum constituendae sunt; ast posterior methodus locum habet, si in definiendis partibus iurisprudentiae positivae diversitatem obiecti sequimur.

§. 45.

Licet dentur incommoda quaedam quae premunt utramque hanc methodum, commoda methodi mixtae seu per differentias tamen uincunt incommoda eius, indeque partes iurisprudentiae positivae secundum obiecti diversitatem sunt constituendae, si ea in sistema redigenda. De ipsis commodis et incommodis vtriusque methodi, vide quae dixi in den *unvorgreiflichen Gedanken &c.* Sect. I Cap. 4 §. 50.

§. 46.

Ratione veritates iuridicas ipsas tractandi modi, methodus iurisprudentiae positivae totuplex est, quotuplex est methodus in genere (§. 119 seqq. Praec. erud. gener.), et methodum quae in genere optima est, et quoad iurisprudentiam positivam optimam esse, necesse est. Quum itaque methodus demonstrativa seu scientifica sit in genere optima methodus (§. 126 l. c.), nullaque disciplina eam respuat (§. 127 l. c.): ea est optima methodus iurisprudentiae positivae, indeque secundum eam iurisprudentia positiva doceri discique potest et debet.

Io. Vlr. L. B. de CRAMER de optima iura docendi methodo. Marb. 1731 et Opusc. T. III. n. 9.

EIVS-

30 PRAECOGNITA IURISPRUDENTIAE

EIVS DEM Vngrund der Beschwerden des Cantzlers von
Ludewig über den methodum demonstrativam in iure.
Marb. et Opusc. Tom. III. num. II.

Gofr. Henr. ELEND *Meditationes ad quæstionem: utrum
methodus demonstrativa sive mathematica in iurispru-
dentia civili adhiberi possit.* Kil. 1739.

Kurzer Beweis das der Gebrauch der mathematischen
Lehrart in der Rechtsgelahrheit möglich sey. vid.
Die Belustigungen des Witzes und Verstandes. Im Jen-
ner 1743. p. 36 seqq.

Io. Christ. CLAPROHTS *Vertheidigung der mathe-
matischen Lehrart in der Rechtsgelahrheit.* vid. EIVS
Sammlung iuristisch- philosophisch- und critischer
Abhandlungen St. 2. n. 1.

Chr. Frid. IAEGER *de genuina methodo iurisprudentiae
civilis ex notione legum civilium demonstrata.* Helmst.
1748.

Von rechter Anwendung der demonstrativen Lehrart
in der burgerlichen Rechtsgelahrheit , me auctore.
Vid. die Hallische Anzeigen de a. 1746. n. 41. 42.
43. vt et die vnvorgreifliche Gedanken &c. p. 27 seqq.

Ad. Fr. REINHARDT *Gedanken über den Gebrauch
der sogenannten demonstrativen Methode in der
Rechtsgelahrheit.* Vid. die hannöversche Anzeigen
de a. 1754. n. 49 et 50.

Anmerkungen zu den Reinhardtschen Gedanken. Vid. l.c.
n. 86.

§. 47.

Quum vero applicatio methodi demonstrati-
vae , pro disciplinarum diversitate , diverso fieri de-
beat modo (§. 128 *Praec. erud. gener.*), hic quaedam
spe-

specialia de ea, ratione 1) definitionum iuridicarum;
 2) propositionum iuridicarum; 3) observationum veritatis iuridicis praemittendarum; 4) scholiorum et
 5) ordinis secundum quem veritates iuridicae se invicem
 subsequi debent, addenda sunt.

§. 48.

Quoad definitiones iuridicas notandum, eas esse vel *legales*, vel *doctrinales*; prout vel in legibus obviae sunt, vel non. *Priores* licet non temere reiciendae sunt, *iis tamen superflitiose inhaerendum non est*; quum legis vim non habeant, et saepissime falsae sint. Quod posteriores vero sciendum, *vulgares regulas logicas in definiendo observandas et hic locum habere*, sique praesertim menti legislatoris conformiter esse formandas, nec de logicis definitionibus, sed de regulis iuris, loqui *AVOLENUM l. 202 de R. I.* dum inquit: *omnis definitio in iure civili periculosa est.* Caeterum licet adsit in Pandectis *Tit. de verborum significatione*, nec is a studioso iuris plane negligendus, sed legendus relegendusque sit, eo finitamen, ut exasciatae definitiones iuridicae ex eo desumi possint, non inservit.

Christ. WENDINI *de nobili veterum Igiturum in definitionibus ex arte conficiendis solertia.* Rost. 1588.

Frid. WILLENBERG *de periculosa definiendi ratione in iure civili.* Ged. 1710.

Io. HEVMANN *de definitione in iure periculosa.* Altd. 1745.

§. 49.

§. 49.

Ratione propositionum in docenda iurisprudentia positiva, multum interest *eas rite determinari et praesertim exceptiones evitari*, per rite factam determinationem earum; id quod iterum ex logica vulgaris discendum, et hic tantum monendum, quoties adest diversorum iurium, quibus in germania vtimur, differentia, praesertim eo despiciendum esse ut definiatur de quo iure loquamur.

Gust. Bernh. et Otto Dav. BECKMANNS Pr. von dem Gebrauch und Misbrauch der Exceptiv-Sätze, so wohl überhaupt, als insbesondere in der Rechtsgelehrtheit.
Halle 1749.

§. 50.

Dantur inter propositiones iuridicas quaedam quae regulae iuris seu brocardica appellatur, quarum multas Tit. Pandectarum de regulis iuris sistit, quaeque sunt propositiones generales vsu receptae. Licet vero universalia principia magnum habeant usum, cavendum tamen maxime 1) ne pro universali regula, quae universalis non est, habeatur, quum saepissime fallant brocardia; 2) praesertim quoad regulas in dicto tit. ff. obvias sciendum est, eas esse regulas iuris antiqui, quae saepe sunt particulares, usum tantum in certis materiis praestantes, immo iure novo saepissime eas immutatas esse.

C. P. C. WEITZEL de crebro vsu brocardicorum iuridorum iurisprudentiae puriori adverso. Francf. 1747.

§. 51.

§. 51.

Quoad demonstrationes propositionum iuridicarum, maxima opus est cautione ad praecavendum methodi demonstrativae abusum. Vnde hic praemonendum demonstrationes veritatum iuridicarum, prout in genere demonstrationes (§. 122 Praec. erud. gener.), vel philosophicas, vel historicas esse, et demonstrationes historicas veritatum iuridicarum fieri per legum positivarum verba. Datur vero praeterea demonstrationum veritatum iuridicarum species, quae *demonstratio per argumentum legis* seu *mixta demonstratio*, appellari potest, si per indubitatea testimonia, sive per legum positivarum verba, et simul per rationes concatenata, probatio sit, eaque est duplicitis generis, vel *demonstratio per analogiam*, vel *demonstratio per argumentum legis in specie sic dicta*, prout demonstratio per legem positivam sit, vel mediante arguento a simili, vel non.

Dicatur de NICOLAI EVERHARDI locis argumentorum legalibus. Lovan. 1516. editis et saepius recusis.

§. 52.

Quod nunc attinet ipsas veritatim iuridicarum demonstrationes, eae diverso modo formandas sunt, prout veritas demonstranda vel *legum dispositionem*, vel *earum valorem quem habent in foro*, seu *vixum hodiernum*, concernit. In priori casu vel adest *lex in cuius expressis verbis propositio demonstranda contenta*, vel non; tumque vel *plane de ea*

C

silent

34 PRAECOGNITA IURISPRUDENTIAE

silent leges, vel adsunt leges ex quibus per ratiocinatio deduci potest. Quomodo itaque pro hac casuum diversitate procedendum sit, ex regulis, quae sequuntur, quaeque ex §. 128 Praec. erud. gener. fluunt, patebit:

REG. I. Si veritas iuridica demonstranda in expressis legum verbis contenta est, per ea, addita, si rationem necessariam habet, demonstratione philosophica, et, si opus est, interpretatione legis, demonstrari debet.

REG. II. Si veritas iuridica demonstranda de qua leges plane silent, ea demonstrata est, si per demonstrationem philosophicam evinci potest eam ex rei natura et essentia fluere.

REG. III. Si veritas iuridica demonstranda talis est, quae quidem in expressis legum verbis non contenta, nec tamen leges de ea plane silent, ea per demonstrationem mixtam est demonstranda, siveque pro casuum diversitate, vel per demonstrationem per analogiam, vel per demonstrationem per argumentum legis.

REG. IV. Si veritas iuridica demonstranda concernit valorem legum quem habent in foro, vel ex principiis de auctoritate diversarum legum in republica valentium, in iurisprudentia positiva generali tradendis, vel per testimonia DD, qui de praxi testari possunt, demonstranda est.

§. 53.

§. 53.

Ex his regulis patet, quatenus, quoad legum allegationem in usum demonstrationum veritatum iuridicarum, verum sit: erubescendum esse ICto sine lege loquenti; cuius brocardici sedes est in Nov. 18. c. 5 quodque etiam ita exprimi solet: quod lex non cantat, nec nos cantare debemus: quod in lege non caverter, in practica non habetur: Doctor absque legibus est tanquam comes sine comitatu; vt taceam reliquos eius generis flosculos. Si enim leges plane silent nec erubescendum est ICto sine lege loquenti: ast, si non silent omnino, sunt allegandae et per eas veritates iuridicae demonstrandae. Ut itaque alia regula: Legem quaerere, ubi adest ratio naturalis, est infirmitas intellectus, cum praecedenti regula ita concilianda, quod haec intelligenda de casu quo leges silent, et quo leges, ut fieri solet, quaeruntur ad corroborandum veritates vulgares, vel saltem tales veritates non iuridicas, de quibus nemo dubitat.

Arn. Maur. HOLTERMANNI sine lege monstruosus
ICtus. rec. Witt, 1745.

Iac. Frid. LUDOVICI de ICto sine lege loquente. Halae
1700.

§. 54.

Quoad observationes veritatibus iuridicis praemittendas, notandum, sub earum nomine hic veni-

36 PRAECOGNITA IVRISPRUDENTIAE

re principia historica, quae, quum iis veritates iuridicae innitantur, nec tamen aliunde praesupponi possunt, iis praemitti debent. *Per eas itaque tantum praecavetur, ne historicae veritates confundantur cum iuridicis.*

§. 55.

Sunt et veritates iuridicae per *scholia adiecta illustrandae*, nec non magis magisque corroborandae. Hinc ea quae ex *historia, philosophia et philologia* huic fini inserviunt per modum *scholiorum adiicienda* sunt.

§. 56.

Tandem ratione ordinis veritatum iuridicarum hic notandum in omnibus partibus iurisprudentiae positivae ordinem, ex ordine naturali et ordine scholae mixtum (§. 18 Praec. erud. gener.) observandum esse, sicque nullo modo defendi posse vulgo sic dictam methodum Institutionum, Pandectarum et Decretalium, secundum quam ad seriem titulorum in Institutionibus et Pandectaris doceri solet ius privatum, et ad seriem titulorum in Decretalibus ius canonicum. Ita enim tractari debet iurisprudentia ut intelligi possit, et simul memoriae consuletur, quorsum facit ordo mixtus. Et licet quidam de eo solliciti sint, ut connexionem titulorum Institutionum, Pandectarum et Decretalium ostendant: ii tamen, non tam verum ordinem,

dinem,

dinem in titulorum serie obvium evincunt, quam potius rationes allegant, quibus moti compilatores hos potius, quam alios titulos, iuxta se invicem collocarunt.

Scripta anonymica sub titulis: *Meine Gedancken über die Ordnung der Pandecten.* Leipz. 1758. 8vo, et *Verteidigung der Pandecten-Methode, in einem Sendschreiben an den Verfasser des Auffatzes: Meine Gedancken über die Ordnung der Pandecten.* Ibid. eod.

T I T. II.

DE METHODO DOCENDI IVRIS
PRUDENTIAM POSITIVAM.

§. 57.

Quae de methodo docendi tam in genere §. 129-
134 *Praec. erud. gener.*, quam de methodo docendi
in specie per scripta §. 135-160 l. c., et viva voce
§. 161-171 l. c. docuimus, et hic valent. Vnde non
nisi specialia quaedam quoad iurisprudentiam positi-
vam hic addenda sunt.

§. 58.

Quod itaque attinet methodum docendi per
scripta iuridica, hic quoad scriptorum species §. 139
seqq. l. c. recensitas, notandum: 1) *omnes has species*
quoad scripta iuridica solum habere, sicque scripta iu-
ridica esse; a) *Fontes seu fontium collectiones*; b) *Com-*

mentarios; c) Lexica; d) Syntagma; e) Compendia; f) Scripta de singulis argumentis iuridicis; g) Scripta casuistica. 2) In iis conscribendis non nisi regulas generales ibi traditas esse observandas, nisi quod, ratione compendiorum, ipsa textuum probantium verba exprimi consultum sit.

Iust. Henr. BOEHMER succincta manuductio ad methodum disputandi et conscribendi disputationes iuridicas. Halae 1703 rec. 1730 8vo.

§. 59.

Quoad methodum docendi viva voce iuris prudentiam positivam, hic ratione generalium docentis officiorum monendum; 1) ipsum textum v.g. Institutionum, Const. Crim. Carolinae loco compendi explicari ex variis rationibus disuadendum esse; 2) seriem titulorum Institutionum, Pandectarum et Decretalium viva voce docentem sequi, nullo modo defendi posse; 3) textuum ipsorum analysin in docenda iuris prudentia positiva non ita, ut fieri solet, et fere debet pro praesenti rerum statu, negligendam esse a docente; 4) non ius novum tantum, cum antiqui neglectu, explicandum esse.

§. 60.

Specalia viva voce docentium iurisprudentiam positivam officia, pro collegiorum iuridicorum diversitate differunt, quae sunt, prout collegia in ge-

genere, vel collegia *theoretica*, vel *practica*. *Theoretica* collegia iuridica quod attinet, ea hodie in aca- demiis esse solent collegia a) *Institutionum*; b) *Pan- deictarum*; c) *Iuris germanici*; d) *Iuris criminalis*; e) *Iuris canonici*; f) *Iuris feudalibus*; g) *Iuris publici*. *Practica* collegia vero sunt a) *examinatoria*; b) *dispu- tatoria*; c) *practica in specie sic dicta vulgo processualia*. Sed dantur hic, si in vlla re alia, varia pia deside- ria, de quibus coram.

Politische Vorschläge zur Verbesserung der iuristischen Vorlesungen auf hohen Schulen. Halle 1750. 8vo. me audore.

T I T. III.

DE METHODO DISCENDI IVRIS- PRUDENTIAM POSITIVAM.

Io. Henr. ROTHERS kurzer Entwurf von iuristischen collegiis und deren zweijährigen academischen Ab- handlung &c. Leipzig. 1745. 4.

C. B. SCHARFS vollständiger Unterricht für einen Rechtsbeßtiffen, wie derselbe auf Academien sein Stu- dien vernünftig und in einer gehörigen Ordnung zu bewerkstelligen hat. Göttingen. 1752. 8vo.

Ant. Ludw. SEIPS geprüfte Vorschläge wie ein ange- bender Rechtsgelehrter in Teutschland seine collegia nützlich einzurichten habe. Göttingen. 1752. 8vo.

Ludw. Gottl. MOGENS Anleitung zur Erlernung der Rechtsgelahrtheit. Giessen 1752. 4.

§. 61.

Ardua res est ob insignem doctrinarum iuridicarum multitudinem et varietatem, nec non methodum docendi non satis bonam, in iurisprudentia positiva addiscenda magnos facere progressus. Hinc in studioso iuris, ad studium iuris feliciter perficiendum, vulgo requirunt: *ferreum caput, plumbeos nates et auream crumenam*, seu, ut SEBASTIAN SCHEFFER *Epigramm. Lib. 2* reddidit:

*Qui cupid immensi perplexa volumina iuris
Discere, nec rabulae manus habere foro
Plumbeus hunc podex, argentea pera, metallo
Et caput e chalybis frigidore decent.*

Nec mirum itaque est tot dari huius studii desertores, minimum in multos cadere proh dolor tristum illud:

*In Institutis comparo vos brutis
In digestis nihil potestis
In codice scitis modice
In dem Reichs Abscheid
Seyt iibr nicht kommen weit
Et tamen creamini Doctores
O! tempora O! mores.*

Quum vero ad vincendum herculeum hunc laborem multum conducat methodum discendi bonam adhiberi, de ea hic adhuc agendum.

§. 62.

§. 62.

Et hic vero valent quae de methodo discendi in genere §. 172-179 *Praec. erud. gener.* et in specie de methodo discendi in academiis §. 180-197 *l. c.* de methodo discendi finitis studiis academicis vero §. 198-*fin. l. c.* docuimus. Sunt tamen et hic specalia quaedam addenda quoad iurisprudentiae studium.

§. 63.

Ratione methodi discendi et quae de ea in genere dicta sunt itaque, quoad bibliothecam iuridicam, quae secundum §. 178 *l. c.* prudenter comparanda et apte collocanda: 1) *scripta iuridica, ab iis, quae iuridica non sunt, separari debent, et quae sunt iuridica scripta in duas classes sunt redigenda, quarum altera scripta quae ad certam quandam partem iurisprudentiae positivae referri nequeunt, altera vero scripta quae ad certam quandam iurisprudentiae positivae partem referri possunt, sub se comprehendit.* 2) *Quae ad priorem classem pertinent, veluti Scripta quae introductionem in iurisprudentiam positivam concernunt; Opera et opuscula ICTORUM; Lexicographi; Consilia et decisiones ex variis iurisprudentiae partibus, secundum has diversas scriptorum species in subclasse redigenda sunt. Quae vero sunt posterioris generis, pro specierum supra §. 58 recensitarum diversitate separari debent. Sic ordinata bibliotheca iuridi-*

ca enim, nonsolum statim patet quis scriperit de
hac vel illa materia; sed et, in qua materia bibli-
oteca sit bene instructa, in qua vero non, sic sta-
tim in oculos incurrit.

Geor. MACKENZEI Or. de structura bibliothecae pure
iuridicæ. Lond. 1689.

§. 64.

Ratione methodi discendi in academiis hic
praesertim de 1) studiis subsidiariis iurisprudentiae po-
sitivae, ut et 2) ordine et numero collegiorum iuridi-
corum agendum. Quoad reliqua enim specialia hic
notanda non obveniunt.

§. 65.

Studia subsidiaria iurisprudentiae positivae sunt
partim *studia subsidiaria generalia* quoad totam erudi-
tionem, partim *studia subsidiaria iurisprudentiae posi-*
tivae specialia. Priora, §. 185 Praec. erud. gener-
recensita, sunt *Logica*, *Ontologia*, *Historia littera-*
ria et *Mathesis*, quatenus per eam intelle&tus cul-
tura promoveri potest. Posteriora vero iterum vel
generalia, vel *specialia* sunt: prout vel quoad omnes
iurisprudentiae positivae partes tales sunt, vel quoad
hanc seu illam eius partem in specie. De speciali-
bus in praecognitis specialibus, de generalibus vero
hic agendum.

Dica-

Dicatur de IO. HEVMANNI scripto quod sub titulo: *aparatus iurisprudentiae litterarius* Nor. 1752 8vo prodiit.

§. 66.

Licet vero in determinatione studiorum subsidiariorum iurisprudentiae positivae multi modum et finem nesciant: *sunt tamen, si quid video, vi principii generalis §. 184 Praec. erud. gener. non nisi 1) historia in sensu stricto sumta, de qua eiusque partibus §. 63 seqq. Praec. erud. gener. actum est; 2) iurisprudentia naturalis, ita, ut influat in iurisprudentiam positivam, evoluta; 3) philologia, in significatu quem §. 104 Praec. erud. gener. exhibuimus, in quo grammaticam et artem criticam sub se comprehendit, studia subsidiaria generalia iuridica et quidem immediata. Mediate enim omnia studia, quae sunt horum studiorum subsidiaria studia, huc referri possunt, v. g. ars diplomatica, quae est historiae studium subsidiarium.*

Car. Christ. SCHRAMM *de usu et necessitate humaniorum in iurisprudentia.* Vit. 1727. 8vo.

Laur. Andr. HAMBERGERI *Comment. de utilitate ex humanioribus litteris in iurisprudentiae studio capienda.* Ienae 1714 et in EIVS Opusculis.

Ephraim GERHARD *Pr. de necessaria iurisprudentiae cum philosophia et humaniori litteratura coniunctione.* Altd. 1717.

Ernst Io. Frid. MANTZEL *de scientiis, quae iurisprudentiae studium potissimum adiuvant et exornant.* Rost. 1720 sub praef. CARMONII.

Io.

44 PRAECOGNITA IURISPRUDENTIAE

Io. Geor. PERTSCH *de scientiis a Icto imprimis germando addiscendis.* Helmst. 1745.

Io. Albr. BIRNBAVM *de insigni physices in iurisprudentia utilitate.* Lips. 1721.

Abr. KAESTNER *de Icto oeconomio.* Lips. 1740.

IDEM Pr. *de Icto Musico.* Lips. 1740.

Henr. Ernst. KAESTNER *de nexu iurisprudentiae et medicinae.* Rint. 1720.

Laur. HEISTER *de Medicinae utilitate in iurisprudentia.* Helmst. 1730.

§. 67.

A studiis subsidiariis iurisprudentiae positivae, sollicite distinguenda sunt scientiae quae ornant Ictum. Licet vero eum ornent omnes, praesertim tamen 1) *Notitia rerum publicarum* (§. 73 Praec. erud. gener.) 2) *Heraldica historica cum arte heraldica* (§. 72. 106 l. c.) 3) *Politica* (§. 100 l. c.) et 4) *Oeconomia publica seu cameralis* (§. cit.) ei ornamento sunt.

§. 68.

Vt studia subsidiaria iurisprudentiae eam actu praestent utilitatem, quam praestare possunt, in studio iurisprudentiae positivae, multum interest coniunctionem eorum cum studio iuridico fieri legitimo modo. Vnde de hac coniunctione hic quedam addenda sunt.

§. 69.

§. 69.

Quod itaque attinet studia subsidiaria iurisprudentiae positivae, quae studia subsidiaria generalia quod totam eruditionem sunt, sive Logicam, Ontologiam, Historiam litterariam et Mathesin, legitima eorum coniunctio cum studio iurisprudentiae positivae eo reddit, ut 1) logica utatur *ICtus tam in theoria, quam praxi, eo fine, ut distincte et solide proponat proponenda*; 2) ad ontologica principia reducat toties veritates iuridicas, quoties per ea illustrari possunt; 3) historiae litterariae subsidiis adiutus, optimas scriptas, quoties alii consulendi sunt, in suos usus convertat; tandem 4) mathesis ei sit idea exemplaris methodi iurisprudentiae. Hic est legitimus horum studiorum subsidiariorum usus. De abusu coram.

Dicatur 1) de Io. Vlr. L. B. de C R A M E R XIII speciminiibus: *de usu philosophiae Wolffianae in iure*, nunc opusc. E I V S insertis.

2) De logicis iuridicis quae exstant et recenset LIP-PENIUS in bibliotheca iuridica sub voce: *Logica*; ut et vero conceptu logicae iuridicæ.

3) De reliquis partibus metaphysices, praeter ontologiam, ets VR LAND II duobus speciminiibus: *Psychologiae iuridicae*. Francf. 1755 et 1756.

4) De mathesi forensi et POLACII Introductione in eam, cuius novissima editio prodiit Lips. 1750.

Conferatur *Abhandlung von den rechten Gebrauch der Wolffischen Philosophie in der Theorie der positiven Rechts-*

*Rechtsgelahrtheit in Diurnis Hallensibus a. 1750. num.
46. 47 me auctore.*

Petr. WARTBERG de utilitate matheos et philosophiae in studio iuris. Hafn. 1736.

Io. Burc. WOLFF de ICto philosopho. Alt. 1728.

Gebh. Crift. BASTINELLER de praestantia scientiarum mathematicarum in iure. Witt. 1741.

§. 70.

Quoad ea studia subsidiaria quae sunt in specie quoad iurisprudentiam positivam talia et quidem generalia (§. 66), primum eorum, nimirum historia in sensu stricto sumta, ita coniungenda cum studio iuridico, ut per eam veritates iuridicae partim illustrandae, partim demonstrandae, partim earum fontes detegendi. Numquam tamen veritates historicae scripta iuridica ingredi debent aliter quam, aut illustrationis gratia per modum scholiorum, aut probationis gratia per modum observationum (§. 54. 55)

Io. Gottl. OLEARII Pr. de historiarum et antiquitatum scientia in iure summopere necessaria. Region. 1721.

Petr. GEORGISCH Abhandlung von der Notwendigkeit der Historie in allen Theilen der Römisch-Teutschen Rechtsgelahrtheit. Halle 1736. 4.

§. 71.

Quis sit legitimus iurisprudentiae naturalis in iurisprudentia positiva usus per §. 20 P. I System. iurispr. nat. iam constat: nimirum per eam supplenda et illustranda iurisprudentia positiva, non vero emen-

den-

denda, ne incidat ICtus in naturalismum iuridicum, sitque hic semper ICtus memor, quod sit legum minister, eiusque sit non de legibus, sed secundum leges, iudicare.

Andr. Flor. RIVINVS de finibus iuris naturalis et ci-
vili. Witt. 1740.

Io. Gottl. de HACKEMANN de iure naturae genuino
reliquorum iurium parente. Helmst. 1737.

§. 72.

Quod tandem attinet philologiae, sive grammatice et critices, legitimū usum in iurisprudentia positiva, praemittendum hic: 1) quarum linguarum notitia ICtus praeferit instructus esse debeat, in prae- cognitis generalibus definiri non posse, sed pro diversitate partium iurisprudentiae, diversas linguas ad studia subsidiaria specialia iurisprudentiae positivae pertinere. 2) Ipsa critices iuridicae praecepta, convenire cum regulis interpretationis grammaticae, in iurisprudentia positiva generali explicandis. Legimus grammatices et critices in iurisprudentia positiva usus vero eoredit: ut per eas verus sensus litteralis fontium eruantur, dum aut interpretantur obscura, aut emendantur vitirosa, aut genuina a suppositius atque adulterinis seunguntur.

I. C. CLODIVS de ICto philologo sive de studio iuris et linguarum iungendo. Vit. 1713.

Io. Gottl. HEINECCI Praef. de insigni artis criticae in iurisprudentia virilitate. Halae 1723 quae BYN-CHERSHOECKII Observ. iuris praemissa est.

§. 73.

§. 73.

Haec de subsidiis studii iuridici. Quoad ordinem et numerum collegiorum iuridicorum, pro diversitate temporis quod studio iuris academico impendendum, definiri debet, quot et qualia collegia iuridica successive audienda. Quum vero hoc tempus non amplius sit quinquennium, studio iuridico a IUSTINIANO praescriptum in constitutione: omnem §. 2 seqq. de rat. et meth. iur. disc.: sed pro hodierno rerum statu saepe biennum, plerumque trienium, raro quadriennium, et intra hoc tempus una cum studio iuridico studia subsidiaria sint absolvenda; ad illud respiciendum, et quo ordine audienda a studioso iuris collegia, ut intra illud principale studium cum studiis subsidiariis absolvi possit, definiendum. Solent hunc in finem, qui de methodo discendi iurisprudentiam scripsere, schemata designare et definire quae collegia in quolibet semestri audienda: ast, quum pro diversitate status academiae, capacitatis studiosi iuris, aliarumque circumstantiarum demum hoc definiri possit, tale schema quod generale et immutabile exhiberi nequit. Hinc consultius esse duco in ipsis praelectionibus schema tale addi, quod pro praefenti statu academiae, in qua legum cultor studio iuridico operam dat, minimum in regula locum habet.

Henr. Christ. L. B. de SENCKENBERG Pr. de ordine collegiorum iuris theoreticorum et practicorum Goett.
1735.

Io.

Io. Abr. BIRNBAVM an et in quantum iuris studium certo annorum numero circumscribi possit. Lipsi.

Petr. MULLER de quinquennio studii iuris. Ienae 1689.

§. 74.

Quod tandem attinet methodum discendi iuris-Prudentiam positivam finitis studiis academicis, et hic omnia redeunt ad *lectionem*, *meditationem*, *praxeos* cum *theoria coniunctionem*, *conversationem* cum *eruditis*, et iter litterarium (§. 198 Praec. erud. gener.). De *lectione*, *meditatione* et *conversatione* non sunt, quae hic ratione studii iuridici addenda. Quoad *praxeos* cum *theoria coniunctionem*, et iter litterarium vero nonnulla singularia obveniunt. Praetereaque de studio iuris patrii finitis studiis academicis quaedam addenda.

§. 75.

Fit *praxeos iuridicae* cum *theoria iuris coniunctione* finitis studiis academicis; 1) *legendo acta iudicialia* et *scripta iuridica casuistica* (§. 58); 2) *quaerendo occasionem attuum iuridicorum, maxime solennium, expeditionem videndi*; 3) *in situendo practica exercitia sub inspectione et directione practici celeberrimi*; 4) *collegendo acta, diplomata et id genus alia ex MSStis.*

God. MASCOV Pr. de *v/su iuris cum scientia coniungendo*. Goett. 1735.

§. 76.

Quoad iter litterarium iuridicum, qui doctam peregrinationem instituit ut ulteriores in studio

D iuri-

50 PRAECOGNITA IURISPRUDENTIAE

iuridico faciat progressus, speciatim 1) in germania,
et, si ad exteris oras excurrere vult, in Italia et Belgicis
provinciis peregrinationem instituere debet; 2) ea
toca praeter academias adire debet, in quibus prae aliis
occasio adest id agendi, quod secundum §. praeced. agen-
dum est, si praxis cum theoria iuris coniungenda.

Io. Paul. HOENN Iter iuridicum. Witt. 1688. 12.

Abhandlung: von rechter Einrichtung einer gelehrten
iuristischen Reise in den Hallischen Beyträgen. B. I
St. 4. n. 3.

§. 77.

Studium iuris patrii, hoc est, iurisprudentiae
provincialis et localis (§. 37) eius germaniae partis
in qua quis fortunarum suarum sedem figere vult,
partim circa 1) nova studia subsidiaria, quae sunt a) hi-
storia patria, praesertim historia iuris patrii, et b) hi-
storia litteraria quoad scriptores iuris patrii, partim 2)
circa ipsum ius patrium versatur. Ratione ipsius iuris
patrii vero omnia eo redeunt, ut differentias iuris com-
munis et iuris patrii sibi cognitas reddat; qui nunc iu-
ris patrii studium cum iuris communis studio coniungit.

§. 78.

Qui sic magis magisque praeparatus ad res
agendas, nunc vires suas explorare debet, cui po-
tissimum vitae generi se aptum inveniat, et id age-
re debet ut cito negotiis admoveatur. Quodsi ita-
que aut negotiis iam admotus, aut saltem ad certum vi-

tae genus se destinavit, studia sua eo dirigere debet, ut ad res eius generis agendas aptus fiat, sicutque vel docendo, vel causas in foro agendo, vel consulendo et respondendo de iure, vel iudicando, vel denique negotia in Cancellaria et Legationibus obeundo, munera suis partes exacte implere possit.

§. 79.

Hac docendi descendique iurisprudentiam positivam methodo adhibita, cestabunt infinitae, de iurisprudentiae, non nisi abutentium vitio vitiosae, naevis et defectibus, quaerelae; remotis hic solidioris iurisprudentiae impedimentis. Qui ita docent Antecessores, arduo suo muneri satisfaciunt: et cupida legum iuvantes, quae hac in discendo incedit via, confidere potest spem impleri, cum qua eam IV-STINIANVS in *Proem. I. §. 7* dimittit: *Summa itaque ope et alacri studio has leges nostras accipite et vormetipos sic eruditor ostendite, ut spes vos pulcherrima foveat, toto legitimo opere perfecto, posse etiam nostram Rempublicam in partibus eius vobis credendis gubernari.*

Georg. Henr. AYRERI Prol. de iurisprudentia non nisi abutentium vitio vitiosa, ad temperandam Cel. Muratorii de naevis iurisprudentiae sententiam, ab Ital. ICTIS nonnullis illos vel plane negantibus, vel saltem extenuantibus, impugnatam. Vid. EIVS Opusc. Sylloge nova n. VIII.

Io. Salomo BRVNQVELL Prolusio: de praecipuis solidioris iurisprudentiae impedimentis, Ienae 1728.

Ernst. Ioach. de WESTPHALEN de origine et medela corruptae iurisprudentiae et iustitiae; accedit bibliotheca

52 PRAECOGNITA IVRISPRUDENTIAE &c.

*ibeca consiliornm ab a. 1555 vsque ad a. 1726 de emen-
dandis iustitiae et iurisprudentiae naevis. Rost. et Lips.
1727. 8vo.*

IDEM de patriae academiarum defectibus et praeroga-
tivis in iurisprudentia cum privata tum publica.
Halae 1732. 4.

Io. Wilh. de GOEBEL Or. de causis corruptae iurispru-
dentiae eiusque fatis. Helmst. 1717.

Io. Petr. de LV DE WIG Or. de emendanda germaniae iu-
risprudentia. Halae 1713. Extat in EIVS. Opusc.
oratoris p. 81 leqq.

Chr. Godofr. HOFFMANNI Pr. de origine et causis quae-
relarum de corrupta iurisprudentia. Lips: 1718. 4.

Ger. NOODT Or. de causis corruptae iurisprudentiae. VI-
trai. 1684. 8vo. et inter EIVS. Opera T 1. p. 616.

Everh. OTTONIS Or de arduo antecessoris munere.
Trai. 1730 recusa Halae. 4.



SITIVAE GENERALIA.

51

avit, studia sua eo dirigere debet, ut
gendas aptus fiat, sicque vel do-
lo agendo, vel consulendo et re-
dicando, vel denique negotia
spondendo. obeundo, muneris sui par-
tes exacte impli-

Hac docendi & iurisprudentiam po-
sitivam methodo adhibet infinitae, de iu-
risprudentiae, non nisi ab infinitos, nae-
vis et defectibus, quaerela solidioris
iurisprudentiae impedimenta. cent An-
tecessores, arduo suo muneri fa-
cupida legum iuventus, quae hac in discen-
fidere potest spem impleri, cum
STINIANVS in Proem. I. §. 7 dimittit:
ope et alacri studio has leges nostras accipite &
sic eruditos ostendite, ut spes vos pulcherrim
toto legitimo opere perfecto, posse etiam nostram
publicam in partibus eius vobis credendis gubernare.

Georg. Henr. AYRERI Prol. de iurisprudentia non
abutentium vitio vito, ad temperandam Cel. Mura-
torii de nævis iurisprudentiae sententiam, ab Italis
ICTis nonnullis illos vel plane negantibus, vel saltem
extenuantibus, impugnatam. Vid. EIVS Opusc. Syllo-
ge nova n. VIII.

Io. Salomo BRVNQVELL Prolusio: de præcipuis fo-
lidioris iurisprudentiae impedimentis. Ienae 1728.

Ernst. Ioach. de WESTPHALEN de origine et medela
corruptae iurisprudentiae et iustitiae; accedit bibli-
thece

